



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XIII. De his qui in exitu communionem requirunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

XI.

De his qui præuaricati sunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel tale aliquid, quod factum est sub tyrannde Licinii; placuit sancto Concilio, licet indigni sint, humanitate tamen subuenire eis. Quotquot igitur sincere pœnitent, tres annos inter audientes sint. Qui lapsi sunt fideles, * septem annos succumbant: duobus vero annis, sine oblatione, populo communicent in orationibus.

XII.

Quicumque vocati sunt per gratiam, & primordia demonstrantes bona, deposuerunt cingulum militiae, postea vero ad proprium vomitum reuoluti sunt, ita ut aliqui & pecuniam conferant, & beneficiis militiam repeatant; isti decem annos succumbant, post * triennium auditionis tempus. Sed in his omnibus oportet discutere voluntatem & speciem pœnitentiæ. Quotquot enim timore & lacrymis & perseverantia & bonis operibus conuersationem non simulatione demonstrant; isti, adimplentes constitutum tempus auditionibus, orationibus merito communicabunt: & postea licebit episcopo humanius de his aliquid cogitare. Qui autem indiscrete tulerunt, & ingressum sibi sufficere arbitrati sunt ad conuersationem, definitum omne compleant tempus.

De pœnitentia distinct. 5. Si qui vero per.

* trien-
nale

XIII.

De exeuntibus de corpore, vetus & canonica lex custodiatur & nunc, ut qui mori sperantur, nouissimo iuuamine non priuentur. Si vero despe-

16. quest.
6. De his
vero qui
recedunt.

448 BONIFACIVS P. I. CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP. ANNO CHRISTI 449.

ratus, communione sumpta, & oblatione perce-
pta, iterum conualefacat, sit inter eos qui oratio-
nibus tantum communicant. Generaliter autem
homini morituro, petenti sibi communionis gra-
tiam, episcopus probabiliter oblationem ei con-
tradat.

XIV.

De catechumenis lapsis, placuit sanctæ & ma-
gnæ Synodo, vt triennio tantum audiant, postea
orent cum catechumenis.

XV.

7. quæst. 1.
Non oportet episco-
pum vel
celi.

Propter grandem tumultum, & seditiones quæ
fiunt, placuit, omnimode auferri consuetudinem,
quæ est contra Canonem in aliquibus partibus ad-
missa, ita vt de ciuitate in ciuitatem nec episco-
pum, nec presbyterum, neque diaconum transfer-
ri liceat. Si quis autem post sancti & magni Con-
cili definitionem tale aliquid agere tentauerit,
aut se dederit huiuscemodi negotio, cassabitur hu-
iusmodi machinatio, & restituatur ecclesiæ, in qua
aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus fuerit
ordinatus.

XVI.

7. quæst. 1.
Si qui vero
sine respe-
ctu.

Hi qui facile se periculis ingerentes, neque ti-
morem Dei ante oculos habentes, neque ecclesia-
sticum Canonem scientes, discedunt ab ecclesia,
presbyteri aut diaconi, aut quicumque sunt in Ca-
none constituti, isti nullo modo suscipi debent ab
alia ecclesia, sed omnem eis necessitatem imponi
oportere, vt ad proprias parochias reuertantur.
Pertinaces autem, excommunicatos esse oportet.

Si